

FLAVII  
CHERVBINI  
ROMANI V.I.D. ET

S. MARIÆ IN VIA LATA  
DE VRBE CANONICI,

COMPENDIUM  
BVLLARII A LAERTIO  
CHERVINO PATRE

A B. Leone Primo usque ad Paulum Quintum.

In tres Tomos dividendum. Habet howeverc iudicem Bullarii duplicitum. Scholia  
duobus ad finem ea exposita. Posteaq; Sacrae Scripturae: ac  
copiis libri primi et secundi. Is loco in predicto.

TOMVS PRIMVS.



SVMPTIBVS LAURENTII DVRAND.

M. DC. XXIV.

PERMISSIONE AUTORORVM.





Illustri, & Magnanimo

# FRANCISCO DE GALLES D. DV BELLIERS,

ET DE LA BVISSE , BARONI  
MIRIBELLEI , CHRISTIANISSIMÆ M A-  
iestatis Ordinis Equiti , eiusdem ex intimis & optimatibus  
Consiliario , Quinquaginta Cataphractorum Equitum  
Apici , Italicarum copiarum in Galliis , & Legionariorum  
Delphinalium , Prouincialium , & Hebdomadariorum ge-  
nerali Tribuno, necnon regiorum Exercituum Marescallo  
vigilantissimo, solertissimo, lectissimo ,

L A V R E N T I V S D V R A N D Cius & Bibliopola  
Lugdunens. Gallicus, Rhodanicus, Aranicus ,

Libens, volens, meritò dedicat, consecratque.

**P**RUDIT iam antea Quirinalibus typis manda-  
tum hoc tam sanctum, pium, laboriosum, & Uni-  
uerso adeò excolendum, memorandum, & celebran-  
dum opus, nimirum ex Sanctionibus, Constitutioni-  
bus, Diplomatis, seu Bullis Apostolicis, quas extra  
Codices iuris Pontificij, Decretorum, Decretalium,  
Clementinarum, Extravagantium positas, compertas, conquisitas in  
pluribus iisque remotis Orbis locis sparsim diffitas, vagas, propè Cimme-  
rius tenebris obuolutae, Aegyptiacisque noctibus & latebris circumolu-  
tas, obseffas, circunfusas, recolundo studio, mirâ industriâ, non modico  
forsitan sumptu, summo labore, incredibilibus vigiliis LAERTIVS

I N D E X

N O M I N V M S E X A G I N T A

E T N O V E M R O M A N O R V M

Pontificum, quorum Constitutiones in toto hoc  
Operc habentur in Compendium redactæ, vna  
cum illarum numero, alphabetico  
ordine digestus.

*Tom.*

- |   |                                 |              |   |
|---|---------------------------------|--------------|---|
| 1 | Dtianus VI. Germanus            | <i>babet</i> | const. 5. <i>fol. 193.</i> & in Append. 127 |
| 1 | Alexander Secundus Italus       |              | const. 1. 4.                                |
| 1 | Alexander Tertius Italus        |              | const. 9. 10.                               |
| 1 | Alexander Quartus Italus        |              | const. 23. 36.                              |
| 1 | Alexander Sextus Hispanus       |              | const. 12. 105.                             |
| 1 | Anastasius Quartus Romanus      |              | const. 2. 9.                                |
| 1 | Benedictus Undecimus Italus     |              | const. 2. <i>in Append. 123</i>             |
| 1 | Benedictus Duodecimus Gallus    |              | const. 7. 73.                               |
| 1 | Bonifacius Octauus Italus       |              | const. 10. 61. & in Append. 123             |
| 1 | Bonifacius Nonus Italus         |              | const. 5. 86.                               |
| 1 | Calestinus Tertius Romanus      |              | const. 3. 15.                               |
| 1 | Calestinus Quintus Italus       |              | const. 1. 61.                               |
| 1 | Callistus Secundus Gallus       |              | const. 1. 7.                                |
| 1 | Callistus Tertius Hispanus      |              | const. 4. 52.                               |
| 1 | Clemens Quartus Gallus          |              | const. 14. 50. & in Append. 122             |
| 1 | Clemens Quintus Gallus          |              | const. 4. 65.                               |
| 1 | Clemens Sextus Gallus           |              | const. 5. 77.                               |
| 1 | Clemens Septimus Italus         |              | const. 41. 195.                             |
| 3 | Clemens Octauis Italus          |              | const. 123. 1.                              |
| 1 | Eugenius Tertius Italus         |              | const. 3. 8. & in Append. 119               |
| 1 | Eugenius Quartus Italus         |              | const. 29. 98.                              |
| 1 | Gelasius Primus Africanus       |              | const. 1. 2.                                |
| 1 | Gregorius Septimus Italus       |              | const. 1. 4.                                |
| 1 | Gregorius Octauus Italus        |              | const. 1. <i>in Append. 119</i>             |
| 1 | Gregorius Nonus Italus          |              | const. 14. 23. & in Append. 120             |
| 1 | Gregorius Decimus Italus        |              | const. 3. 55. & in Append. 122              |
| 1 | Gregorius Undecimus Gallus      |              | const. 10. 81.                              |
| 1 | Gregorius Duodecimus Italus     |              | const. 3. 89.                               |
| 2 | Gregorius Decimustertius Italus |              | const. 102. 138. & in Append. 129           |
|   |                                 | †† 2         | v Grego                                     |



# LEO PRIMVS ITALVS, CREATVS A N N O 440.

## CONSTITVTIO I.

*Edita anno 447.* **C**casio specialium querelarum, & infra pag. 1. Bullarij.

### COMPENDIVM.

In Chalcedonensi, cui hic Pontifex presidebat, Concilio querelæ auditæ sunt, quod quidam Episcopi Siciliæ, bona Ecclesiæ diuersimodè alienabant. §. 1. Præcepit ergo, ne quicquam de eis alienarent, absque consensu totius Clerici, & evidenti Ecclesiæ utilitate. §. 2. Clericis contrauenientibus pœnas indicit. §. 3.

### Scholion primum.

*Quare.* Cur Genitor eius ab isto diplomate, unde hactenus sumptus fuit tex. cap. sine exceptione. §. 2. caus. 12. quest. 2. exorsus est suum opus noui Bullarij?

**R E S P O N D E O.** Hoc unum ceteris diplomaticis, unde tex. in corpore iuris redacti fuere, antiquius sine mendio repertum, sui operis initium esse voluit, ut si quandoque ex huiusmodi sua bullarum collectione Septimus Decretalium (ut aiunt) compilandus erit, antiquus compilandi modus ex lectura huius diplomatici, & textus inde sumpti, dignosci valeat. Vetus tatis etenim mos, cuius magna est auctoritas, hac in re sedulo retinendus esset. l. 2. §. tanta autem, & ibi scribb. C. de vet. iur. encl. cap. anteriorum, 38. §. illud. caus. 2. qu. 6. & l. testament. 18. cum ibi not. C. de testam.

### Scholion secundum.

*Quare.* Habetne sanctio ista locum in repudiatione scilicet legati Ecclesiæ, si adhuc legatum non sit acceptatum?

**R E S P O N D E O.** Negatiuam opinionem alias tenuit Rota in decis. Putei 519. lib. 2. num. 2. & seq. secundum penult. impress. & in decis. Fabij 231. num. 6. & 284. num. 9. par. 3. diuersor. lib. 3 Contrariam deinde sententiam firmauit Rot. in decis. Caputaq. 359. par. 2. vbi de communi testatur. Hæc enim prohibitio alienationis non eo directa est, vt minuantur facultates Ecclesiæ, quo casu procedere posset prima opinio, sed vt augeantur, euidensque sit Ecclesiæ utilitas: & tunc largo modo intelligitur alienatio, vt comprehendat eiusmodi repudiationem. l. magis puto r. §. fundum. ff. de reb. eccl. vt egregie ostendit M. Antonius Genuensis Episcopus Iserniæ in suo quem aduissimè edidit tract. de Practicabil. Eccles. cap. 150. num. 2. vbi alios congerit, quibus conuenit Lambertin. de iure patron. lib. 3. artic. 9. quest. 2. num. 21. vbi bene loquitur, sic distinguendo.

## CONSTIT. II.

**O**MNEM quidem fraternitatem, *Edita & infra pag. 1. Bullarij.* *Anno 452.*

### COMPENDIVM.

Approbavit Concilium Chalcedonense in rebus fidei tantum. §. 1. Damnat seculatores Nestorij, Eutychetis, & Dioscori. §. 2. Præcipit obseruantiam Concilij Niceni. §. 3.

A

Scholion

FLAVII

**CHERVBINI**

ROMANI V. I. D. ET

COLLEGIATÆ ECCLESIÆ

S. MARIÆ IN VIA LATA

DE VRBE CANONICI,

**COMPENDIUM**

BULLARII A LAERTIO

CHERVBINO PATRE

NUPER EDITI.

*A Pio IV. usque ad Innocentium IX.*

TOMVS SECUNDVS.



# CLEMENS VIII. ITALVS, CREATVS ROMÆ ANNO 1592.

Edita  
Anno  
1592.

**A**D Romani Pontificis, & infra  
pagina 1. Bullarij.

## COMPENDIUM.

Pius V. vetuit in sua Constit. 35. de qua sup. tom. 2. alienari, & infeudari Civitates, & loca S. R. E. §. 1. Gregorius XII I. & successores approbarunt. §. 2. Innocentius IX. in sua Const. 1. de qua sup. tom. 2. dictam prohibitionem ampliauit. §. 3. Hic Pont. eas approbat, & iurat. §. 5. Postea subdit, Gregorium XIV. declarasse dictam Bullam Pij V. non intelligi de feudo non deuoluto, si euidens extet utilitas, vel necessitas illud iterum infeudandi. §. 6. Quam declarationem ipse revocat. §. 7. Prohibitionemque Pij V. casus veræ etiam utilitatis, & necessitatis comprehendere declarat. §. 8.

### Scholion primum.

Quæro. Utilitas euidens, de qua in §. 6. quæ diceretur?

R E S P. Illa, quæ ex valore bonorum, & eorum fructuum collectione resultat, cap. ut super. 8. §. 1. vbi Anan. & alij notant de rebus Eccles. non alien. & censuit Rota in decis. Seraphin. 480. in suis nouis, num. 7. & seq.

### Scholion secundum.

Quæro. Quanta autem esse debet eiusmodi utilitas?

R E S P. Si attenderetur ius Civile, posset dijudicari ex regulis, quæ traduntur in Auth. Perpetua, vbi Bart. & alij C. de sacros. Eccles. Sed quia videtur potius attendendum esse ius Canonicum in Tom. 3. Compend.

hoc articulo, quam leges ciuiles, vt probat Panormit. in cap. Eccles. 10. de constit. n. 28. vers. Ego in hoc. Dec. qui alias colligit num. 91. & Caualcan. decis. 46. l. r. num. 24. & Canones requirentes euidentem utilitatem non explicant quæ, & quanta debeat esse, propterea Iudicis arbitrio id censemur remissum, pensata rei, & fructuum, necnon vicinitatis, futuriq. cunctus, & aliarum qualitatum conditio. Rodoan. de reb. Eccles. non alienan. rubr. 19. de caus. utilit. n. 168. Caualcan. d. decis. 46. lib. 1. num. 130. & seqq. necnon Rota in decis. Braui 664. par. 1. diversor. num. 2.

## I. L.

**Q**Væ salubri prædecessorum nostrorum prouidentia, & infra pag. 1. Bullarij.

## COMPENDIUM.

Recenset, Sixtum V. trecenta centena millia nummum aureorum in sua Const. 31. de qua sup. tom. 2. & in alia 69. & in alia 80. in Arce Sancti Angeli perpetuo asseruanda posuisse, & inde non nisi ob quasdam S. R. E. necessitates deponuisse. §. 1. Easdémque sanctiones hic Pont. approbat, votet, iurat, ac perpetuò obseruari præcipit. §. 2. Sanctionem poenalem apponit. §. 3.

### Scholion primum.

Quæro. Quo tempore nummus aureus apud Romanos esse coepit?

R E S P. Anno ab Urbe condita quingentesimo quadragesimo sexto, ante CHRISTI natale anno ducentesimo duodecimo, ut post alios scribit Couarr.